

Handwritten text in cursive script, possibly a signature or a name, located in the upper left quadrant of the page.

127 275

TORGAVIA
LÆTABUNDA

Ob
Serenissimi atq; Potentissimi Principis Sui

ac
DOMINI,
DN. JOHANNIS
GEORGII IV.

Saxoniae, Juliae, Cliviae & Montium, ut & Angriae &
Vestphaliae Ducis, S. R. Imperii Archi-Marschalli & Electoris, Landgraviae
Thuringiae, Marchionis Misniae & utriusque Lusatiæ, Burggravii Magdebur-
genfis, Comitis Principis Hennebergæ, Comitis Marcae, Ravensber-
gæ & Barbiensis, Domini Ravensteinii, &c. &c.

Cum
Serenissimâ Principe

ac
DOMINA,
DN. ELEONORA
ERDMUTH LOYSA,
Natu Duce Saxoniae,

Serenissimi & Celsissimi Principis ac

DOMINI,
DN. JOHANNIS FRIDERICI,

Marchionis Brandenburgensis in Borussia, Magdeburgi, Juliae, Cliviae &
Montium, Stetini, Pomeraniae, ut & Cassuborum & Vandalorum, nec non
Crosnae in Silesia Ducis, Burggravii Norimbergensis, &c. &c.

Sanctæ Memoriae,
RELICTA VIDUA,
FELICISSIMUM CONNUBIUM

die 21 April. M. DC. XCII. 1632

Solenni Pompâ celebratum

rudi Minervâ

humillimè

Representata

à
CAROLO LUDOVICO STRUNCKIO.

DRESDÆ, Stanno RIEDELIANO.

L. E. T. A. B. U. N. D. A.

Op
Serenissimi atq; Potentissimi Principis sui

DOMINI

DN. JOHANNIS

GEORGII IV.

Saxoniae, Juliae, Cliviae & Moraviam, ut & Angliae &
Vestphaliae Ducis, S. R. Imperii Archi-Marchialis & Electoris, Landgravi
Thuringiae, Marchionis Misniae & uniusvicius, Burgavii Marchionis
gravis, Comes Principis Hohenbergae, Comes Maris, Ravensber-
g & Barchinensis, Domini Ravennensis &c. &c.

Cum

Serenissimi Principis

DOMINA

DN. ELEONORA

ERDMUTHILOYSA

Nati Duce Saxoniae

Serenissimi & Christianissimi Principis ac

DOMINI

DN. JOHANNIS FRIDERICI

Marchionis Brandenburgensis in Borussia, Magdeburgici, Juliae, Cliviae &
Moraviam, Silesiam, Pomeraniae, ut & Castellorum & Vandalorum, nec non
Cronae in Silesia Ducis, Burgavii Normbergensis &c. &c.

RELICTA VIDUA

FELICISSIMUM CONIUGIUM

die Martii M. DC. LXXV

Solemnis Pontificis celebratione

in illi Misera

conjugum

Reverentibus

CAROLO LUDOVICO STRUENCKIO.

DE E. D. E. S. Anno R. E. D. L. A. N. O.





Vid juvat asfiduos in planctus surgere,
 fletu
 Irrorare genas, effusi fluminis instar,
 Haectenus in curvis frontem temerata se-
 renam.

Ungvibus, & ferrugineas induta Cupressos (dit
 SAXONIA? haud semper caput inter nubila con-
 Titan, nec semper cœlô demittitur imber,
 Aut placida insani contorqvent æqvora Cauri.
 Sit satis indultum lacrymis: depone timores,
 Exue sollicitæ nigrantia nubila frontis:
 Exue funereum sqvallenti corpore syrma.
 Nunc humeris mecum vestem fulgentibus apta
 Picturatam auro, Tyrio tinctamqve colore.
 Tu quoq;, qui mixtos lacrymis ad littora fluctus
 Tristia volvisti qverulô resonante susurrô
 Muscosum caput, & roranti cornua vultu
 Albi, nunc summâ protollito fluminis undâ:

Lætitiæ da signa novæ, nova temporis ætas
 Et cum vere novo tandem feliciter ecce!
 Expectata diu multis lux aurea votis
 Advenit, optatamq̄ve vehit nunc Lucifer horam,
 Lucifer ante alios Veneri dilectior ignes,

Qvâ fortunatas, JAN-GEORGIUS ensifer Heros
 Justitiâ pietateq̄ve avor, sed fortibus ausis
 Par magno Patri, Decus admirable regni
 SAXONICI, tædas (ferit aurea sidera plausus)
 Accendit sanctè; pietatis munia nobis
 Qvas ornare jubent geniali carmine. Primum,
 Qvidve deinde canam? nunc huc nunc fluctuat illuc
 Mens mea, nec finem, nec ubi primordia sumat,
 Dicendi videt, aut quid scribat nescia pender,
 Ceu stans incertus qva fit sibi nescit eundum,
 Cum dubiâ fertur cursus ambage, viator.
 Hinc precor, ignarum doceas gratantia verba
 Qvæ promam, fundens gaudenti pectore grates,
 CALLIOPE, ingeniò qvò digno Principis altas
 Extendam laudes, qvas totus prædicat orbis,
 Qvâ Titan ortu terras humectat Eoo,
 Et Tartessiacâ pronus qvâ mergitur undâ,
 Regnat ubi Boreas, præceps ubi regnat & Auster.
 Ausus quid memorem fortes? Quid facta revolvam

Mili-

219.

Militiamq̄ve Tuam? TE cantat Rhenus & Ister,
Teq̄ve suum præfens Numen venerantur amantq̄ve.
Te colit Europæ regnum, Massylaq̄ve tellus
Americasq̄ve stupent, Asiæ mirantur & arva.
Non, mihi centenis resonent si vocibus ora,
Multifidusq̄ve ruat centum per pectora Phœbus,
Sat dignis, Princeps, verbis Tua dicere Facta
Sustineam laudesq̄ve Tuas: En pondere rerum
Obruor, immensæq̄ve absorbent carmina laudes.
Sit satiùs siluisse mihi: Tibi splendida laudum
Præmia persolvat vatum me doctior ordo,
Vatibus ac ipsæ dictantes carmina sacris
Musæ suspendant hederam, monumentaq̄; ponant.
Carmen erit nobis pietas, & debita vota.

O patriæ PATER! ô Princeps Tithonia secla
Atq̄ve dies Pylios æqvare & vivere dignè
Aggredere auspiciis connubia læta secundis.
Ecce puellarum magnâ stipante coronâ
Succedit sacrata Tuo, DUX MAGNE, cubili
Saxonicæ stirpis multùm generosa propago.
Quotqvot in eximiâ qværentur conjuge laudes
Hæc habet, una Tuis thalamis dignissima conjux.
Jungitur ecce TIBI grata morum indole JUNO,

a 3

Mente

7280
Mente Sais , formâq; Venus pulchrâ: illius omnis
Miratur faciem vincentem Lilia veris,
Sidereosq;ve orbes oculorum, blandulaq; ora,
Gnossia purpureo quæ tinxit sanguine Cypris.
Cynthia non tales Phœbi soror æmula vultus
Nubibus exseruit cum plenis lucida fulget
Cornibus, & totos mortalibus imputat ignes.
Non facie tantum, aut roseis spectata labellis
Sidereoq;ve nitet visu: quæ gratia velox
Aut morbo perit, aut sensim obrepente senectâ,
Pulchrior at pulchrô residens in pectore virtus
Corporeas illustrat opes, ceu gemma decoro
Artificis quam docta manus circumdedit auro.
Quid donis, DUX Celse, petas augustius istis,
Quidve putes melius tantarum in munere rerum?
O fortunatus tam pulchrâ conjugè Princeps!
O fortunata hoc Illustri Principe Conjux!
Illustres ANIMÆ nunc gaudia carpite vera,
Gaudia quæ invidiæ nullò suffusa veneno.
Carpite velocis dona illibata juventæ,
Oscula mille sonent, dulcescant brachia nexu.
Prosperet hosce toros cœlum, quod numine sanxit,
Vincula connubii: procul ô procul esto malignus
Livor, Erynnis eat, nivei certamen amoris
Adsit,

Adsit, & assiduè sit mel sine felle voluptas.
Ipsa placens sternat genialem Gratia lectum,
Fœcundetq̄ve torum soboles, almâq; beatam
Pace domum videat series longinqva nepotum!
VIVITE felices ANIMÆ, bene cœptus in horas
Crescat amor, vovet hoc quisqvis sacra germina Ru-
tæ,
Et geminos gladios pronus veneratur amatq̄ve.



Adm. & alibi
Ipsi placens ferat g. n. l. m. (m. n. l. m.)
Facundiaque totum foboles, alibi; de
Facundia videt f. i. s. l. o. n. g. i. n. g. i. n. d. a. n. t. e. p. o. e. n. t. i. a.
VIVIT FELICES ANIMAE, bene corpus in horis
Circumamor, vover hoc quipus facti geminis R. n.
Et geminos gladios prorsus venentur amantur.



AB 180007


ULB Halle 3
002 378 078



Sb.

VD 17





127 275

TORGAVIA LÆTABUNDA

Ob
Serenissimi atq; Potentissimi Principis Sui

^{ac}
DOMINI,
JOHANNIS
GEORGII IV.

viæ & Montium, ut & Angriæ &
perii Archi-Marschalli & Electoris, Landgraviæ
& utriusq; Lusatia, Burggravii Magdebur-
Hennebergæ, Comitis Marca, Ravensber-
s, Domini Ravensteinii, &c. &c.

Cum
Principis

^{ac}
DOMINA,
LEONORA
MATHILOYSA,

Duce Saxoniae,
& *Celsissimi Principis ac*

DOMINI,
JOHANNIS FRIDERICI,
in Borussia, Magdeburgi, Julia, Clivia &
æ, ut & Cassuborum & Vandalorum, nec non
s, Burggravii Norimbergensis, &c. &c.

Sanctæ Memoriae,
SOLITA VIDUA,
MUM CONNUBIUM

April. M. DC. XCII. 1692
i Pompâ celebratum
rudi Minervâ
humillimè
Representata

CAROLO LUDOVICO STRUNCKIO.

DRESDÆ, Stanno RIEDELIANO.

